teneatur nominatus Recognoscens Generosus Mathias Zaderski Marschal- cus Curiensis Vel eius posteri ad Instantiam Generosorum Nicolai Ka- raiowski atque Magdalenae Zwiedzka Coniugum legitimorum Vel eorum Successorum ad Officium praesens Castrense Capitaneale Premysliense ex tunc recessu Superscripto quoad respondendum spectat mediante semper in primo Citationis Termino. Tan- quam peremptorio, stare, Iuri parere, respondere Vadium praefatum Lue- re Inscriptioni Suae Satisfacere ac omne Iudicatum pati debebit et tenebitur seque ac Suos Successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus illum Terminum primum peremptorium et alios res exinde Consequentes Causae eiusdem Terminos semper per- emptorios Vera infirmitate pro Maiori Minorennitate successorum Legatione intra Vel extra Regnum Servitio militari ad Munimenta, ad Evictorem Vel alijs quibusuis dilationibus et Legalibus impedimentis non differendo ad Quietationem praesentia Vltra primos Officij praefati Castrensis Capitanealis Premysliensis ter- minos dilationem Similem recipiendo nullasque motiones appel- lationes ac earum prosecutiones faciens ac praemissa omnia poenis Simplicibus Vel triplicatis Evasionis Suspensionibus fa- talijs Iuris Cessione Terrestri bello Conventioneque ac alijs o- mnibus Iuris remedijs et defensis non Subterfugiens nec modo alio quouis evadens. Haec Sua praesens personali Reco- gnitione ad praemissa omnia mediante.

Feria Secunda post Fe- ſtum Visitationis Beatiſſi- mæ Virginis Mariæ proxima Anno Domini Millesimo Sex- centesimo Septuagesimo

7 VII

2520

Kulczycki Iackowicz Consorti Reformat.

Comparens personaliter Coram Officio et Actis praesentibus Castrens. Capitaneal. Praemysliens. Nobilis Fedor Kulczycki Iackowicz olim Nobilis Luca Kulczycki Iackowicz filius Sanus mente et Corpore existens à Terris, Districtibus, Iuribus, Iuri dictionibus suis qui busuis proprijs et Competentibus recedendo praesenti Vero Castrensi Ca-
350 pitaneal. Praemysliensi Iurisdictioni, quo ad Actum hunc attinet Se cum Successoribus bonisq suis quibuscunque totaliter et plenarie incorporando atq Subijciendo palam libere publice, reperexpressum recognovit. Quia ipse Nobili Annae Iaworska Consorti suae Charissimae eiusq posteris Summam Sexaginta florenorum polonicalium ratione Veri dotis et expeditionis post ipsam accepti et in domum Suam importati, nec non aliam Similem Summam Sexaginta florenorum polon. ratione certi Veri iusti et liquidi dotalitij in et Super tota et integra medietate bonorum Suorum quorumcunque haereditariorum obligatariorum, mobilium et immobilium Summarumq quarumuis pecuniarum nec non auri argenti, clenodiorum Unionum, Margaritarum, Vestium Vestimentorum, Stanni, aeris, Cupri, orichalci, pecorum, pecudum equorum equiced. ac totius Supellectilis domesticae nunc habitae et in posterum habendae, dedit, dotavit, dotalitiavit, inscripsit, et reformavit, prout dat, dotat, dotalitiat, inscribit et reformat praesentibus per ipsam Suprafatam Annam Iaworska sui Recognoscentis Consortem legitimam, et ipsius posteros eandem medietatem bonorum Suorum quorumcunque Cum Universis ijs Utilitatibus et Usufructibus, Competentijsq et proventibus quaecunque tenendi habendi et possidendi, illisq quiete et pacifice Utifruendi ac ad Usus Suos, et Suorum Successorum quosuis beneplacitos libere et effectualiter Convertendi Vigore ac more aliarum Reformationum hactenus et diutius in Regno Poloniae observari Solitarum.